

**De lapide naturali & utilitatibus eius**

Cap. XI.

**I**N nomine Domini: dixit Abuali Abinci-  
ne: ego facio capitulum istud vndecimū  
in lapide naturali, & dicam vtilitates suas  
in hoc loco. Lapis naturalis est illa res, quæ  
efficitur in ventre terræ sine opere: & lapis  
noster naturalis est res quæ per se ipsam na-  
scitur, & non crescit, & non minuitur: & lapi-  
des naturales sunt aurum viuum, auripigmen-  
tum, sal armoniacum, sulphur: hi sunt natu-  
rales et spiritales. & lapis herbarius nō potest  
esse, quod si nascatur & non crescat, et natu-  
ralis nascitur & non crescit: quia si cresceret  
non esset inter eos diuisio. Acetū, vrina, dēs,  
sunt medicinæ nostri lapidis naturalis, et uti-  
litates nostri lapidis naturalis non possunt  
numerari: quia aqua nostri lapidis naturalis  
indurat mercurium, & tingit omnes res sicut  
spiritalis. & inter spiritalem & naturalem sunt  
duę differentię: prima differentia est, quia na-  
turalis statim operatur, & spiritalis non nisi  
in termino statuto: sed hic lapis noster est pri-  
mi corporis et operatur in grossis rebus, et  
reddit eas in modum suum: quia si nō diuin-  
teret grossas sicut erant, nō eueniret inde o-  
pus quod venit: quia lapis noster naturalis  
quamvis non operetur nisi in subtiliādo cor-  
pora, et traheret de sua natura ad aliam, satis  
suffice-